





Gospel for Passion Sunday


Tonus ad libitum


D  Ominus vobíscum. R̄. Et cum spí-ri-tu tu-o.


 Sequénti-a Sancti Evangé-li-i secúndum Jo-ánnem. R̄. Glóri-a ti-bi Dómine.


I  -n illo témpore : Dicébat Jesus turbis Judæ-órum: Quis ex vobis árgu-et


 me de peccáto? Si ve-ri-tátem dico vobis, quare non crédi-tis mi-hi? Qui ex


 De-o est, verba De-i audit. Proptére-a vos non audí-tis, qui-a ex De-o non

 estis. Respondérunt ergo Judæ-i, et dixérunt e-i: Nonne bene dí-cimus nos,


 qui-a Sama-ri-tánus es tu et dæmóni-um habes? Respóndit Jesus: Ego dæmó-

 ni-um non hábe-o, sed honorí-fico Patrem me-um, et vos inhonorástis me.


 Ego autem non quæro glóri-am me-am: est qui quærat, et jú-dicet. Amen,




amen dico vobis: si quis sermónem me-um serváve-rit, mortem non vidébit




in ætérnum. Dixérunt ergo Judæ-i: Nunc cognóvimus qui-a dæmóni-um




ha-bes. Abraham mórtu-us est, et prophétæ: et tu di-cis: Si quis sermónem



me-um serváve-rit, non gustábit mortem in ætérnum. Numquid tu ma-jor es




patre nostro Abraham, qui mórtu-us est? et prophétæ mórtu-i sunt. Quem




te-ípsum facis? Respóndit Jesus: Si ego glóri-fico me-ípsum, glóri-a me-a




ni-hil est: est Pater me-us, qui glóri-ficat me, quem vos dí-ci-tis qui-a De-us




vester est, et non cognovístis e-um: ego autem novi e-um: et si díxero




qui-a non sci-o e-um, ero sími-lis vobis mendax. Sed sci-o e-um, et sermó-



nem e-jus servo. Abraham pater vester exultávit, ut vidéret di-em me-um:



vi-dit, et gaví-sus est. Dixérunt ergo Judáe-i ad e-um: Quinquagínta annos



nondum habes, et Abraham vi-dísti? Di-xit e-is Jesus: Amen, amen dico



vobis, ántequam Abraham fí-eret, e-go sum. Tu-lérunt ergo lápides, ut



jácerent in e-um: Jesus autem abscóndit se, et exí-vit de templo